


ADOLPHUS FISCHHOF

**Dissertatio inauguralis medica de pilorum
defluvio**

Hirschfeld
Vindobonae
1845

EOD – Millionen Bücher nur einen Mausklick entfernt! In mehr als 10 europäischen Ländern!



Danke, dass Sie EOD gewählt haben!

Europäische Bibliotheken besitzen viele Millionen Bücher aus der Zeit des 15. – 20. Jahrhunderts. Alle diese Bücher werden nun auf Wunsch als eBook zugänglich – nur einen Mausklick entfernt. In den Katalogen der EOD-Bibliotheken warten diese Bücher auf Ihre Bestellung - 24 Stunden täglich, 7 Tage die Woche. Das bestellte Buch wird für Sie digitalisiert und als eBook zur Verfügung gestellt.

Machen Sie Gebrauch von Ihrem eBook!

- ➲ Genießen Sie das Layout des originalen Buches!
- ➲ Benutzen Sie Ihr PDF-Standardprogramm zum Lesen, Blättern oder Vergrößern. Sie benötigen keine weitere Software.
- ➲ *Suchen & Finden:* Mit der Standardsuchfunktion Ihres PDF-Programms können Sie nach einzelnen Wörtern oder Teilen von Wörtern suchen.*
- ➲ *Kopieren & Einfügen* von Text und Bildern in andere Anwendungen (z.B. Textverarbeitungsprogramme)*

* Nicht in allen eBooks möglich.

Allgemeine Geschäftsbedingungen

Mit der Nutzung des EOD-Services akzeptieren Sie die allgemeinen Geschäftsbedingungen. Die Benutzung erfolgt ausschließlich für private nicht kommerzielle Zwecke. Für alle anderen Zwecke kontaktieren Sie bitte die Bibliothek.

- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Englisch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/en/agb.html>
- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Deutsch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/de/agb.html>

Weitere eBooks

Schon über 30 Bibliotheken in mehr als 12 europäischen Ländern bieten diesen Service an.

Finden Sie weitere Bücher zur Digitalisierung: <http://search.books2ebooks.eu>

Mehr Information: <http://books2ebooks.eu>

Institut für Geschichte der Medizin
Wien

D 2464





DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA DE
PILORUM DEFLUVIO,

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI DOMINI
PRAESES AC DIRECTORIS,
PERILLISTRIS AC SPECTABILIS DOMINI
DECANI,

NEC NON
CLARISSIMORUM AC CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM

PRO
DOCTORIS MEDICINAE LAUREA
SUMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE
OBTINENDIS
IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA
UNIVERSITATE VINDOBONENSI
PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

Adolphus Fischhof,

Hungarus Pestineus.


In Theses adnexas disputabitur in aedibus Universitatis
die mensis 1845.

VINDOBONAE.

Typis Josephi de Hirschfeld.

1845.

D 2464



ΟΙΚΟΥ ΡΙΑΣ ΕΠΙΠΟΛΗ

Επιτροπή της Επικουρίας
Επιτροπής Επικουρίας της Αθηναϊκής
Επιτροπής της Αθηναϊκής

'Ο Βίος βραχὺν, η δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, η δὲ πείρα σφυλερῆ, η δὲ κρίσις χαλεπή.

Hippocrates.

JB

2014/5995





S e i n e n

innigstgeliebten Aeltern

der dankerfüllte Sohn.

WYOMING COLLEGE LIBRARY



Antequam de pilorum defluvio disseram, pauca quaedam de structura ac functione corum praemittenda esse sensco.

A. De structura pilorum.

Pili, crines sunt fila tenuia, substantia cornea contexta, longitudinis et crassitiei variae, quae in corio radicantur, et paucis plagis exceptis in omni corporis humani superficie occurunt. Distinguitur in omni pilo pars supra cutis superficiem emergens, et in apicem desinens: Truncus pili, et pars in cuto recondita: Radix pili. Truncus pili est durior, coloris obscurioris ac radix, siccus elasticus, raro penitus rectus, plerumque quidquam crispus, saepe undatim flexus (cincinnatus), aut spiraliter contortus, (lanuginosus). Varia haec pilorum directio ab illorum forma dependet; Raro enim pili cylindros efformant perfecte rotundos, plerumque formam cylindrorum, plus minus complanatorum, vel in uno latere sulcatorum praeserunt. Quo magis pili complanati sunt, eo facilius crispantur.

In glabra superficie trunci pili, oculo armato multae striae transversae, obliquae, aut spirales, et prominentiae exiguae fere triangulares apice suo versus liberum pili finem directae, nunc magis, nunc minus copiosae observantur. Crassities et longitudine pilorum in variis corporis partibus admodum diversa. Sic crassities a $\frac{1}{200}$ — $\frac{1}{1000}$, longitudine a $\frac{1}{2}$ — ad plures pedes variat.

Textura cylindri pili.

Constat pili cylindrus substantia externa, seu corticali et canali interno, substantia medullari repleto.

Substantia corticalis, cornea, vagina pili, involucrum crinis, constat cylindris subrotundis, tenacibus, flexilibus, utrumque finem versus cuspidatis e substantia cornea conflatis, coloris lacte flavicantis. A quantitate horum cylindrorum, pili dependet crassities.

Substantia medullaris, interna, medulla pili constat cellulis pigmenti rotundis vel multangulis, irregulariter agglomeratis. Sistunt autem haec cellulae aut stratum continuum in medio cylindri, quod in parte pili cuti proxima crassissimum, versus pili apicem sensim sensimque attenuatur ita, ut in apice nonnisi substantia cornea praestosit. Interdum stratum substantiae medullaris, quae colore suo ab illo substantiae corneae differt, variis inter-

rumpitur interstitiis. Saepe substantia medullaris penitus desideratur; quo in casu cylindrus pili filii substantiae corticalis constat, et pigmentum aut solatum, aut granulatum inter fila cornea aequaliter dispergitur.

Radix pili est pars ejus tenuior, mollior, in corio recondita, coloris quidquam magis floridi. Finis ejusdem inferior de-
sinit in intumescentiam clavac adinstar formatam multo mol-
liorem, extrinsecus fibrillis innumeris obsitam, quae bul-
bus pili dicitur. Insignis est hic bulbus colore albicante,
et basi sua infundibuliformi pulpam pili circumdat. Textura
radicis ab ea trunci essentialiter non differt, nisi quod prior
magis laxa sit. Fila elementaria substantiae corticalis proinde
magis conspicua sunt, minus coherent et versus bulbum
pili filorum penicilli adinstar a se invicem secedunt. Sub-
stantia medullaris copiosior quam in trunco est, sphaerulis-
que constat exiguis, substantia tenaci inter se junctis, for-
mae rotundae aut angularis, quae saepe, praecipuis in pilis
fuscis corpuscula pigmenti inter se continent. Circumdatur
radix pili sacculo 1—3^{mm} longo, qui folliculus pili,
Haarbalg dicitur. Superior arctata et media dilatata pars
corio insita est; inferior autem pars sine suo coeco plerum-
que ad textum cellulosum subcutaneum usque extenditur.
Ostium huius sacculi in superficie cutis pilum arcte circum-
dat. Constat membrana simplici pellucida, vaseulis referta,
quae interna sua superficie epidermidis continuatione obve-
stitur, in folliculum pili intrante, radicem circumdante, et
in basi folliculi sine determinato limite in substantiam bulbi
transcunte.

In fundo folliculi prominet corpusculum conicum, molle pulposum, vasis dives, sensile, rubrum, aut nigrum: **Pulpa, seu blastema, Haarfeim dictum, quod cavum bulbi explet, et pili matricem sistit.**

In superiori folliculi parte oscula ductuum excretoriorum glandularum plerumque duarum sebacearum inveniuntur, quarum secretum pingue pilos inungit.

Evolutio pilorum.

Circa primam pilorum evolutionem observationes exactae huendum desiderantur; incrementum vero pili jam formati sic procedit: Vasa superficie pulpa secernunt substantiam incremento pili necessariam formam liquida, in qua cellulæ elementares nucleus continentis oriuntur, quarum pars una directionibus duabus sibi oppositis extenditur, et in fila transformatur, altera vero pars in apice pulpa, in medio reliquarum cellularum sita, formam suam rotundam aut angularem retinet et substantiam medullarem format. Continent hae cellulæ secundum varium pili colorem pigmentum varium et non raro in massam homogeneam resolvuntur. Eo quod fluidum in pulpa secretum atque in cellulas et fibrillas redactum cum parte pili jam formata jungitur, pilus continuo sursum mouetur: **Pilus crescit.** Dependet igitur incrementum pili a continua formatione liquidi plastici ejusque metamorphosi in insima ejusdem parte. Praeter inorementum, pili nulla symptomata vitalia offerunt, et omnes morbi, qui in

iisdem observantur, nonnisi sequelae secretionis morbosae in pulpa pili sunt, vel influxibus immediatis externis, sive chemicis, sive mechanicis, debentur. In plica polonica quidem pili, si supra cutē abscinduntur, sanguinem plorant, et dolorem excitant, hoc phaenomenon tamen in luxuria pulpac vasis et nervis ditissimac, et adeo increcentis, ut supra cutem emineat, causam agnoscit.

Proprietates physicae.

Pili relate ad eorum tenuitatem sunt sat solidi, elasticī et ductiles, calorem et electricitatem male conducunt, fricatione tamen in corporibus tum vivis, tum mortuis facile positivam acquirunt electricitatem, raro tamen eo gradu, ut scintillas edant. Humores ex aere et probabiliter etiam e corpore humano attrahunt, et longiores flunt, exsiccati vero priorem suam acquirunt longitudinem, qua de re iisdem tanquam Hygrometris utimur. Pili molles putrescunt, solidi vero inter omnes organismi partes putredini diutissime resistunt, ita ut pili mumiarum per 3000 annos servatarum easdem exhibeant proprietates physicas, ac pili recentes. Color pilorum multum variat, a nitido colore argenti ad nigerrimum usque. In genere color pili similis colori cutis; quo torridius clima et zona, eo fusciores pili et cutis. Consuetim omnes ejusdem hominis pili, eodem notantur colore, varie licet modificato. Interdum tamen pili coloris sunt mixti, ita ut e. g. inter pilos fuscos crescant pili coloris magis floridi. Causam suam hacc anomalia actati senili ingredienti, vel gra-

vibus debet morbis. Interdum vero in individuis iuvenilibus perfecte sanis observatur. — Exempla pilorum coloris viridis et caerulei sine influxibus chemicis, ab auctoribus quoque collecta sunt.


Proprietates chemicae.

Praeter exiguum quantitatem aquae, et substantiac ex-tractivae in aqua solubilis pili constant substantia cornea oleo pilorum plerumque acido, acidum margarinicum et elainicum continente, tineta. Hoc oleum alchohole et aethere e pilis extrahitur — quo posteriores colorem griseo - flavum acquirunt, — et in crinibus nigris coloris griseo - viridis, vel griseo - nigri, in rubris coloris rubri, in flavicomis flavi, in pilis albis vero decolor est. Pili combusti cineres praebent flavas, vel fusco - flavas, quae oxydum ferri, vestigia oxydi mangani, calcem phosphoricam, sulphuricam, carbonicam et vestigia terrae siliceae continent. Ferrum probabiliter, qua sulphuretum ferri maxima copia continetur in pilis nigris, minori in rubris, minima in flavis, qui, cius loco phosphatent magnesiae continent. Nonnulla oxyda metallica affinitate quadam chemica ad pilos ducuntur, cum sulphure eorum sulphureta formantia, e. g. sulphuretum plumbi, argenti quae ad tingendos pilos, in usum vocantur, summo tamen sanitatis periculo. Color viridis, qui nonnunquam in fabris aerariis observatur, ab oxydo cupri in oleo pilorum soluto, dependet.



B. De functione pilorum.

Quum calorem nonnisi male conducunt, calori corporis conservando inserviunt. Praeterea elasticitate sua influxus mechanicos, pinguedine autem influxus externos chemicos mitigant. Pili ostia cavorum naturalium circumdantes corporum peregrinorum introitum impediunt, et ab insectis tacti animac ad has plagas attentionem excitant.



D e pilorum defluvio.

Pilorum defluvium, lapsus pilorum, depilatio, psilosis, est morbus, qui omnia animalia pilis instructa corripit, praemissis tamen in plumis avium, pilis mammalium et hominis observatur.

D i v i s i o.

Quoad sedem et extensionem depilatio vel est universalis si omne corpus corripit, vel topica, si tantum ad singulas restricta est plaga. Depilationis topicae plures dantur species:

- a) Alopecia ~~Εγκέφαλος~~ (a greco ~~εγκέφαλος~~, cui supercilia glabra sunt; secundum alios, quia vulpes hoc morbo saepe afficiuntur est defluvium capillorum in genere, cum quo in viris lapsus ciliorum et barbae jungitur).
- b) Phalacrosis, calvities, arnaldia, ubi depilatio a vertice incipit, et anteriorem non nisi cranii partem decalvat.
- c) Ophiasis, (a greco οφίς quoniam serpentine decurrit, vel secundum Celsum, quia sub eadem epidermis

ut in serpentibus desquammatur) si depilatio ab occipite ordinatur, et stria depilata longitudinis duorum digitorum formatur, quae versus utramque aurem saepe versus frontem decurrit, et in loco, ubi initia cepit, quoaque finitur. Si sub hoc morbo epidermis desquammatur, Thyria vocatur.

- d) **O pistophalacrosis**, si tantum occiput decalvatur, id quod raro nonnisi evenit.
- e) **H emiphala crosis**, si dimidium caput pilis orbatur.
- f) **A naphalantiasis**, si supercilia perduntur.
- g) **M adarosis**, **M adesis**, **lapsus transitorius**, si crines lente admodum, aut hinc inde tantum defluunt, aut in nonnullis plagis minori copia inveniuntur.

Quoad causam depilatio est:

1. **S inglex**, sic dictum de fluvium capillorum Senerti, quae casu oritur, e. g. post morbos chronics aetate senili.
2. **S yphilitica**; hic pili plerumque in toto corpore defluunt.
3. **Porriginosa**, **phtiriasis Hippocratis**, quae plerumque desquamationi cutis juncta est. Tinea praeprimis favosa alopeciam post se dicit. Plerumque cutis plaga, ubi pili deflucent, glabra manet. Interdum tamen pili lanuginosi colore et textura alienati remanent. Tinea furfuracea et granulata supercilia quoque destruunt.

4. Leprosa, leprae progenies.

5. Haereditaria, secundum Herodotum in stirpis nonnullis Scytharum observatur.

6. Congenita secundum Josephum Frank.

7. Spontanea, ubi nulla desluvii causa erui potest.

Quoad aetatem individorum hoc malo affectionum distinguitur:

a) Alopecia senilis.

b) Alopecia juvenilis.

Quoad rationem hujus morbi ad societatem, ab auctoriibus quoque adnotatur:

a) Depilatio epidemica, secundum Egbert, quae nonnisi rarissime occurrit.

b) Depilatio endemica, quae secundum Blumenbach in Berberia occurrit.

Desluvium pilorum majorem adtingens gradum morbo cutis junctum decurrit; epidermis in iis plagis, ubi pili deſtūnt, squammis furfuraceis secedit, quae pectine remotae citissime regenerantur, et subsita cutis rubra quidem, attamen indolens remanet. Hanc morbi formam Galli Pe la de vocant.

Aetiologia.

Praecipuae hujus morbi causae jam e divisione ejusdem patent. Sunt igitur: Syphilis, tinea, lepra, herpes mali-

gnus, plica polonica, ultimum stadium phtisicos pulmonalis, unde Hippocratis aphorismi:

„Quibus tabe laborantibus capilli de capite desluunt, hi alvi fluxu superveniente, moriuntur,“ et:

„Capillorum desluvium cum sputo graviter olente in tabe vexatis lethale.“


Huc porro referri possunt; cephalaea chronica, febres malignae, diarthrocae vehementes, abusus purgantium, erysipelas capitis, venena caustica et narcotica, abusus mercurii, colica saturnina. Homines arsenici et mercurii vaporibus expositi hoc malo saepissime laborant, e cachexia universalis oriundo. Secundum Frank saepe puerperium causam desluvii capillorum temporarii sistit; imo asserente Vogel depilatio sub puerperio signum est lochiorum large fluentium, et si quarta post partum die crines pectinantur, cephalaea, phrenitis et metastases lacteae oriuntur. Studia assidua, excessus in Baccho et Venere praeceps aetiologyca momenta hujus morbi sistunt. Sic Imperatores: Tiberius, Claudius, Galba, Domitianus, Caligula, Commodus, vita salaci calvi reddebantur. Secundum Aristotelem excessu in venere lapsus pilorum connatorum acceleratur, generatio contra eorum, qui serius nascuntur, promovetur. Simultanea mentis intentio, Venerisque abusus pilis praeprimis infesta. Huc pertinent porro: animi affectus, curae, taedium, timor, terror, praeterea phtyriasis, abusus accum crinalium, calamistri, embrocationum, integumenta capitis nimis ponderosa et calida, fames protracta, pervigilium, abusus potus

arabici. Quod pili tempore veris cum epidermide capitis secedant Leuwenhoek et Frank observarunt. — Glisson quinque causas principales hujus morbi enumerat, quarum 1. est: Eradicatio pilorum. 2. Culmen evolutionis pilorum. 3. Detractio nutrienti corum conservationi necessarii. 4. Relaxatio folliculorum per integumenta nimis calida, aërem calidum et humidum, sudoremque frequentem; hinc tempore aestatis capilli frequentius et majori copia defluunt ac hyeme. 5. Laesio radicis pilorum, aut sublatio vitalitatis eorum per materias nocivas, ut in convalescentia. Notari hic meretur pilos sub convalescentia tunc tantum secedere, dum corpus robur suum denuo aquisiverat. Defluunt porro crines, si humores nutrientes justo majori copia ad alia videntur corporis organa, id quod tempore pubertatis et aetate senilis evenit. Sic sub evolutione pilorum regionis pubis et barbae capillitum interdum secedit. Notatum dignum phaenomenon, ante coitum celebratum neminem decalvari, quod iam Hippocrates et Aristoteles observarunt. Secundum Lorry homines qui caput denudatum solis radiis exponunt iusto maturius decalvantur; serius autem, uti jam Herodotus observat, illi qui barbam saepe tondent; unde fors nostro aevi frequentissime in iuvenibus barba ingenti ornatis occurrens alopecia explicari potest. Secundum J. G. Vogel interdum plethora culpam hujus mali gerit. E causis hueusque enumeratis eluet eas omnes reduci posse ad vitae debilitatem universalem cum simultanea depressione vis vitalis in systemate pilorum, aut ad debilitatem mere topicam. Proxima causa est circulatio nimis tarda in vasis pulpac, qua nutritio pilorum apte procedere nequit, mors pronide eorum et defluvium neces-

sario sequitur. In alopecia pilo emortuo nunquam novus succrescit pilus. In calvitie senili, quae tanquam gangraena senilis pilorum consideranda est, bulbus et folliculus pili penitus resorbentur. Etiam in illis casibus, ubi causae dynamicae, uti animi affectus depilationem generant, turbatus circuitus sanguinis causam proximam hujus mali sistit. Praeterea quoque humores acres, qui folliculum pili destruunt, arrodrunt, inculpandi sunt, ut in tinea capitis, madarosi ciliorum, ubi plerumque margines palpebrarum ulceribus erosi sunt. Depilatio post graves morbos eo explicari potest, quod natura omnem vim productivam organis vitae necessariis adducat, et nutritionem partium minus necessiarum, uti pilorum negligat. Regenerantur tamen pili post morbum acutum prima vice desfluentes ex integro; secunda vice secedentibus succrescent pili minus copiosi, desfluvio vero tertia vice reiterato, calvities remanet. Interdum pili colore alterato redeunt. Ubi nulla desfluvij causa assignari potest, auctores dispositionem quandam congenitam assumunt, qua sit ut calvities in nonnullis familiis haereditaria observetur. Pilos ante pubertatem rarissime desfluere jam supra notavimus. Id quoque notatu dignissimum, homines ante pubertatem castratos nunquam barba, et pilis in regione pubis ornari; homines vero post pubertatem castratos barba, et pilis in regione axillari nonnisi cum tempore orbari, imo iisdem nunquam privari. Faeminas multo rarius decalvari ac viros jam Aristoteles observavit. Vogel hoc phaenomenon eo explicat, quod faeminae caput magis soveant, et quod cessante menstruatione, annis climactericis carbonium princeps capillorum pabulum iisdem advehatur. Secundum Ebule major faeminarum temperantia, et

influxus minus noxius, et debilitans, quem coitus in faeminas exercit, hoc phaenomenon explicant. Neque praetervidendum, faeminas barba carere; omnis igitur vis nutriendis in capillis concentratur, cum sanguis illarum carbonio scatens incremento pilorum alioquin faveat.

Moderata obesitas incrementum pilorum promovet, nimia vero praematuram generat calvitiem. Temperamentum sanguineum minus in hunc morbum disponit, ac cholericum et melancholicum; phlegmaticum nonnisi mediate per polysarciam, cui generandae favet ad calvitiem disponit. Nutrimenta quod attinet, constat justo minori eorum quantitate pilorum incrementum retardari; praeprimis tamen qualitas nutrientorum respicienda venit. Sic Galenus resert hominem perfecte sanum immoderato fungorum esculentorum esu pilis orbatum fuisse, quos nonnisi victu aptiori recuperavit. Legumina, pisces, caseus vetustus, cibi conditi, et secundum Jahn abusus salis culinaris pilis nocere dicuntur. Abusus spirituorum depilationi praematuraem ansam praebet. Sic Ebile delirium cum tremore capillorum jacturam saepe insequi observavit. Aër siccus et calidus, praeprimis vero siccus et frigidus, pilis humiditatem substrahunt, et depilationem promovoent. Exemplo sint populi meridionales, et inter boreales illi, quorum clima siccum. Aër nimis humidus, praeprimis si vaporibus nocivis imprægnatur, pilis nocet. Testes sunt lotrices, tinctores, liguli. Clima humidum et torridum, uti vitae, ita et capillatio summopere pernitiosum; sic inter incolas Javae et Bataviae vix ullum deprehendere licet, qui comae venustate,



gloriarī posset, et Angli Jamaicae litora petentes crinium ornamento mox spoliantur. Diutius protracta actio radiorum solis in caput denudatum huic morbo itidem favet. Quidquid porro pilis oleum subducit, uti frequentes lotiones cum aqua frigida, p̄aeprimis si caput humidum aéri siccō exponitur, abusus calamistri, illorum pulchritudini et copiae damno est. Tegumenta capitis e lana aut gosypio confecta oleum crinium avide absorbent, iisque nocent. Exemplo inserviant ruricolas. Pulvis in aere suspensus, pulvis odoratus ad pilos albandos et omnes pulveres exsiccantes, qui cum sebo pilorum crustam formant, et hoc modo exhalationem et resorptionem turbant, quantopere incremento pilorum noceant, cuilibet patet. Immundities capitis, p̄aeprimis crinum, accumulatione humorū in superficie cutis excretorum, et forma squamarum apparentium, vitae pilorum obsunt; hinc ponderosa capitis tegumenta damnanda. „Frigus capiti conuenit,“ ait Hippocrates.

Sudor capitis, et transpiratio crinium et aqua et acredine sua iisdem nocent. Suadendum igitur, ne sudor, quo frons madet, manibus capillis advehatur; perverso enim hoc more pili, ea qua sudor abstergebatur, directione, desluunt. Spirituosa, quibus sub nomine „Parfum“ pili illiniuntur vitam lapsam pilorum erigere valent. Sanis vero crinibus stimulo suo omnino nociva sunt. Nimia contortio et ligatio pilorum pilos atrophicos reddunt, quoniam folliculos et bulbos distendunt et nutritionem impediunt. Pili igitur nonnisi modice et vittis sericeis, non laneis ligentur.

Moeror et terror saepe calvitem, saepius canitatem provocant.

Prognosis.

Tristem, quam Aristoteles statuit morbi hujus prognosim: „Calvis nunquam redire pilum,” non omnibus convenire alopeciae casibus nemo est, qui dubitet. In genere ad prognosim statuendam, sequentia prae oculis habeantur, necesse est:

1. Morbi intensitas et extensio; etenim quo major plaga capillis orbatur, eo difficilius morbus sanatur, hinc depilatio localis facilius, ac universalis medici conatibus cedit.
2. Inter omnes hujus morbi species, ea, quam calvitem sensu strictiori nuncupavimus, singulari sua pertinacia excellit, ita ut insanabalis dici mereatur.
3. Madarosis ceteris paribus facilissime sanatur.
4. In individuis juvenilibus morbum hunc facilius, et tutius sanari, quam in senilibus, vix ullum latebit.
5. Si defluvium capillorum morbus sequitur, qui magis reliquum organismum, quam pilos immediate adgrediebatur, praesertim in individuis juvenilibus faustis sub circumstantiis larga capillorum regeneratio post 3 menses expectanda. Si vero affectioni radicis, aut germinis pili hicce debetur morbus, pilorum dispendium difficilius resarcitur.
6. Pallor, densitas et minor plagae pilis spoliatae sensititas, spem crinum recuperandorum fere omnem tollunt; si

vero area decalvata frictione facile rubescit, de sanatione desperare non licet.

7. Antiqui medici disputarunt an ophiasis aut alopecia difficilior sanetur. Celsus priorem minus pertinacem esse contendit; cui Alexander et Serapio, quibus et Sennertus assentit, contradicunt.

8. Si morbus haereditarius est, desluvium capillorum quidquam retardari, vix tamen impediri potest; morbo vero jam praesente de sanatione sermo esse vix potest. Apta tamen diaeta et cauto remediorum convenientium usu etiam hunc morbum debellari posse, non parca docent exempla.

9. Alopecia et ophiasis congenita et leprosa in genere insanabilis esse dicuntur: syphilitica vero morbo primario extincto facile sanatur. Idem valet de depilatione porriginosa.

10. Capilli excessu in venere et nimiis studiis desuentes vix aut parce nonnisi resarciantur, si vero depilatio coidam ex aliis supraenumeratis causis ortum debet, circumstantis faventibus reproductio sperari potest.

11. In genere pili etiam faustissimis sub circumstantiis tam larga quantitate non regenerantur, ut amissas penitus resarciant; et Alopecia quarta vice caput decalvans prossus insanabilis.

T h e r a p i a.

Curam depilationis adgrediens medicus ante omnia potentias, quae morbo excitando et sustentando favent, amovea

et nonnisi, ubi hae potentiae agere jam cessarunt, medendi methodus empirica tentanda; si igitur morbus universalis, aut topicus desluvium generant, horum curam gerat medicus oportet, uti in alopecia syphilitica, porriginosa; morbo enim sublato capilli etiam medico non auxiliante regenerantur. Si sponte non redeunt, remediis mox indicandis aegro succurrere licet. Depilatio in puerperis secundum nonnullos impeditur, si pili ante partum oleo illiniuntur et durante puerperio non pectinantur. Si plethora causam morbi sistit, remediis aptis debelletur, ubi vero bulbi pilorum acribus humoribus arroduntur, mundities summa observetur, sanies sub crustis collecta amoveatur, decocta emollientia loco affecto applicentur, ipsi humores aeres corriganter, balnea et purgantia in usum vocentur. Hominibus, quorum nimia obesitas hujus mali causam sistit, vita solers, virium intentio, fuga somni nimii, victus modicus simul cum remediis vitalitatem germinis pilorum cutisque circumdantis extollentibus, commendentur. Profili-gando nimio sudori capillis infenso lotiones capitis cum infuso salviae inserviunt. In tinea capititis caveat medicus, ne omnes pilos simul abscindat, pili nonnisi conglutinati lacte tepido emoliantur et removeantur, caput vero integumentis modice calidis et levibus contra refrigerium muniatur. Ubi opus est, ut bulbi pilorum affectorum evellantur, singuli pili forcipe eripiantur. Dropacismi prorsus rejiciendi.

Cuum omnia momenta aetiologica depilationis ad debilitatem vitae universalem vel topicam, aut ad utramque simul reduci possint, omnia fere remedia ab auctoribus laudata contendunt, ut vitalem processum in toto corpore, aut topicę extollant.

Promovetur autem incrementum pilorum:

1. Cultura eorum, qui adhuc praesto sunt. Ante omnia summa munditie opus. Crines semel quotidie pectine setaceo (Bürste) modice rigido et aquae immerso comantur, deinde tegantur, donec siccescant. (Homines pilorum egeni nimio-
pere sibi nocent, si pilos quotidie aqua frigida abluunt, et aëre libero siccant.) Hac ratione pili purgantur, et folliculi quidquam stimulantur. Si capilli sub usu pectinis setacei rigidi defluunt, molliori utendum. Etiam in infantulis teneris pec-
ten setaceum pectini praeferendum. Si caput infantis multas sordes secernit post tractationem pilorum ope pectinis setacei, pili secundum eorum directionem tela e lana confecta fricentur.

2. Cum pili solo pingui egeant; ut vegetatio illorum promoveatur, substantias pingues et oleosas modica quantitate adhibitas iis prodesse, neminem latebit. Inter olea, tantum pingua huic scopo conveniunt, quae in genere, magis ac unguenta prosunt. Saepissime in usum trahuntur: Oleum olivarum, oleum amygdalarum dulcium, quibus suaveolentiac gratia adduntur aliquot guttae olei de Bergamo, olei rosarum. Sub usu oleorum cavendum, ne pili justo majori quantitate illiniantur; secus enim cutis relaxatur, et pili eo facilius defluunt. Quod unguenta, quae nomine Pomade veniunt attinet, suadendum, ut domi parentur. Consciendis hisce unguentis utimur axungia ursorum, cervina, hircina et bovilla. Quo recentiores haec pinguedines, eo melius huic scopo inserviunt. Olea rancida nocent. An vis sic dicta pilifera



in variis pinguedinibus varia sit, adhuc sub iudice lis est.
 Si aeger unguento tempore aestivo utitur, axungiam bovillam;
 tempore hyemis, axungiam suillam sumat, quae tamen, ut
 odore suo ingrato spolientur, aqua frigida aut fervida ablu-
 antur, iisdemque oleum lavandulae, rosarum aut aliud oleum
 aromaticum addatur. *)

*) Nota. Methodus optima, pinguendines odore ingrato liberandi
 est sequens a Jahn laudata:

„Zunächst frägt es sich, ob die Haarsalbe für die heisse oder kalte Jahreszeit bestimmt sey. Im ersten Falle nimmt man Talg von einem frischgeschlachteten Rinde, und reinigt denselben vollständig von der ihm anhängenden Haut und den Fasertheilen, damit dieselben beim Ausbraten dem Fett keinen unangenehmen Geruch mittheilen. Das Fett wird nun in Stücke von der Grösse einer Haselnuss zerschnitten, und dann mit klarem Fluss - oder Regenwasser in einer Schüssel durchgeknetet. Sobald das Wasser trübe geworden ist, wird es abgegossen, durch reines ersetzt, und mit dem Kneten so lange fortgefahren, bis das Wasser hell bleibt. Man bringt nun das Fett mit Wasser in einen reinen Topf, und siedet es bei gelindem Kohlenfeuer. Während des Siedens wird das Gemenge umgerührt, und aller aufsteigende Schaum weggenommen. Nach dem vierten Schaumwurfe ist das Fett ausgekocht, und nun wird es durch ein reines Tuch gegossen, eine Stunde lang in mässiger Wärme erhalten, damit sich die in ihm noch befindlichen Unreinlichkeiten grössttentheils in das Wasser absetzen. Ist es erkaltet, so wird es von dem Wasser abgenommen, damit es aber von den genannten Unreinigkeiten auch noch befreit werde, muss es noch einmal mit Wasser zerschmelzen, wobei man, um ihm den widrigen Fettgeruch zu nehmen, statt des reinen, gewöhnlichen Wassers Rosen - oder Lavendel-Wasser anwendet. Das Gemenge wird jetzt so lange auf sehr gelindem Kohlenfeuer gehalten, bis der grösste Theil des Rosen- oder Lavendel-Was-

Tromsdorf hanc laudat unguenti compositionem:

Rp.: Axung. porc. rec.

libr. unam.

abluatur aq. f. frig.

donec odore ingrato spolietur,

et addatur

Cerae alb. leni igne liquef.

dr. uni

donec liquecat; massa liquefacta in
vase ligneo ad refrig. usq. teratur

dein adde:

aq. rosarum

unc. quatuor

ol. lavand.

sers verdunstet ist. Hierbei entführen die Wasserdämpfe den Fettgeruch, und theilen dem Fett einen schwachen Rosen- oder Lavendel - Geruch mit. Die Erkaltung geschieht darauf eben so langsam als vorher, damit sich vollends alle Unreinigkeiten in das unverdampfte Wasser absetzen können. Um jedoch dem vom Wasser abgenommenen Fette den letzten Anteil des Fettgeruches vollends zu nehmen, wird noch eine Schmelzung mit Rosen - oder Laveudel - Wasser, (das man jedoch nur in geringer Menge beisetzt) vorgenommen; und zwar wird diese Schmelzung so lange fortgesetzt, bis alles Wasser verdunstet ist.“

„Ist die Pomade für den Winter bestimmt, so nimmt man Schweinfett, und zwar das sogenannte Schmeerefett, oder Nierenfett, das aber wegen des stärkeren Geruches öfter gereinigt wird; will man der Salbe riechendes Oel beisetzen, so mische man während des Erkaltens 10—15 Tropfen desselben hinzu. Die Mischung wird jedoch, um ihr eine weisse Farbe zu geben, so lange zerrieben, bis sie durch Aufnahme von Luft etwas blasig geworden ist.“

ol. de Bergamo
 — citri.
 an gutt. viginti
 ol. caryophyll.
 gutt. quindecim.

Hoc unguentum hyeme per 6—8 septimanas, aestate per 14 dies servari potest, quin rancidum flat.

Eble laudat unguentum, quod diutissime servari potest quin rancescat:

Rcp.; Poma Borsdorffensia Nr. 8

Pulv. cinam. veri
 Caryophyll.
 na unc. semis.
 Pulv. res. Benz.
 Flor. Lavand.
 aa dr. duas
 Cer. albae
 unc. semis.
 Aq. rosarum
 unc. duodecim
 Axung. porcin.
 unc. sedecim.

Poma in frustula scindantur, cinamomum, caryophylli, et flores Lavandulae in pulverem redigantur, et omnes substantiae, cera et axungia exceptis, in aqua rosarum macerentur, dein cera et adeps liquefiant, iisdemque aqua rosarum filtrata addatur, et quieti relinquatur donec refrigeretur, materia alba in superiori parte collecta unguentum praebet egregium.

Sub usu quotidiano horum unguentorum vix impeditri potest, ut pars eorum, quae neque a pilis, neque a cute absorbetur, integumentum formet crinibus admodum noxiū. Ut pili ab eodem liberentur, vitello ovorum recentium inundantur, noctu panno tegantur, et mane subsequo pectine purgentur.

In desluvio capillorum magis pertinaci laudantur: Lotiones capillorum cum decocto hordei et cerevisia, inunctiones cum oleo de Macassar, et sic dicto Schweizerfräuteröl. Si neque haec remedia sufficiunt, ad ea refugiendum, quae totum corpus, praeprimis vero plagam pilosam, roborant et nutriunt. Huc pertinet unguentum a Tromsdorff laudatum *).

*) Die Originalformel lautet:

Man nehme 1 Pfund frisches Mark aus Rindsknochen, gebe es in eine geräumige gläserne Flasche und schütte 1 Loth Muskatenblüthe, 1 Loth zerstossene Nelken, und 2 Loth zerschnittene frische Lorbeerblätter hinzu. Man verbindet nun die Flasche mit einer Schweinsblase, durch die man mit einer Nadel ein Loch sticht. Hierauf nimmt man einen geräumigen irdenen Topf, legt auf den Boden einen Kranz von Stroh, setzt die Flasche darauf, und umgibt sie ganz mit Wasser. Man bindet den Hals der Flasche an den obern Theil des Topfes fest, setzt den letztern an das Feuer, und erhält ihn 6 Stunden lang im Kochen, indem man das verdampfte Wasser von Zeit zu Zeit durch Nachgiessen ersetzt. Nach Verlauf dieser Zeit nimmt man die Flasche wieder heraus, und giesst die Salbe auf eine Leinwand, die man über einen Durchschlag ausgebreitet hat, und drückt das Zurückbleibende, ehe es erkaltet, gut durch. Das Durchgelaufene ist die verlangte Pomade, mit der man sich alle Abende die Haare gut einreibt.

Jahn empfiehlt folgende Pomade: Man hackt ein Paar Ochsenfüsse klein, und kocht sie dann 4 Stunden lang mit reinem

Si acredo humorum causa alopeciae est, secundum Krünnitz remedia sanguinem purificantia per aliquot septimanas adhibenda, pilorum mundities servanda, cibi acidi, aeres, saliti conditi, evitandi, balnea, decocta lignorum, decoctum Pollini, remedia purgantia in usum vocanda, et serius nonnisi ad unguenta transeundum.

Si nimia siccitas pilorum desluvio ortum praebet, usus aquae Selteranae cum lacte, et inunctio pilorum cum oleo amygdalarum commendanda. Si autem atonia crinium morbi causam sistit, quae eo cognoscitur, quod pili facile et fere sine dolore evelli possint, ad remedia adstringentia: Decoctum foliorum nuc. iuglandis, marrubii albi, centaurii minoris, chinæ, lotiones cum aqua frigida, vino et alcohole configimus. Ebbe solutionem dilutam aluminis in aqua rosarum laudat. Succus pomorum assatorum, aut recentium ob contentum in codem acidum saccharo mitigatum huic fini etiam respondet.

Wasser in einem reinen Topfe. Ist die Masse erkaltet, wird das auf das Wasser getretene Mark abgenommen, und nach der angegebenen Weise gereinigt. Nach der Reinigung werden 6 von den Eingeweiden befreite kleingeschnittene Schnecken, und 1 Loth Kandiszucker, welcher auf die Auflösung der Schnecken wirkt, und den Haaren auch Nahrung gibt, unter das Mark geknetet, und die Masse über gelindem Kohlensfeuer $\frac{1}{2}$ Stunde lang im Fluss erbalten. Hierauf giesst man Alles auf eine reine Leinwand, und reinigt es. Wenn das Durchgeflossene zu erkalten beginnt, so werden 16 Loth eines guten weissen Weines zu demselben gegossen, und die Mischung $\frac{1}{2}$ Stunde umgerührt. Man gibt nun, um die Masse weicher zu machen, eben so viel, als sie wiegt, von der einfachen Schweinfett pomade hinzu, röhrt Alles $\frac{1}{2}$ Stunde lang untereinander, und hebt es in einer blechernen Büchse an einem kühlen Orte zum Gebrauche auf. Die Salbe wird wöchentlich 2mal eingerieben.

Diaetam quod attinet: Veteres cerebrum vitellinum aut bovillum, et carnem gallinarum commendarunt. Recentiores victum olerum dulcium, fructuum horaeorum, pyrorum et dauci carotae commendant, quoniam in equis saginatione cum dauco carota et pastinaca incrementum et venustas pilorum juvatur.

Antiquitates therapiae.

Enumeratis nunc remediis a recentioribus medicis laudatis, antiquitates quasdam therapiae hujus morbi adferre juvabit.

Inter antiquos medicos, qui de alopecia disserebant, eminet Galenus. Ille omnia adnotavit, quae ante illum Hera s, Crito, Orestinus, Cleopatra, Archigenes, Asclepiades, Dionysidorus et Soranus ad hunc morbum vincendum commendarunt. Remedia, quibus virtus eau-sam proximam hujus morbi amovendi adscribitur, metasyn- critica nuncupantur. Pili corrupti aut forcipe, aut dropa- cismo evelluntur, dein caput lixivio, in quo capilli Veneris, polytrichum, abrotanum et similes plantae coquuntur, abluitur, et panno non nimis molli, nec justo magis sicco tam- diu fricatur, donec cutis rubescat. Hoc facto adhibentur re- media topica: Sinapi, nasturtium, semen arnicae, nitrum, oleum lauri, pix liquida, sulphur, pulvis et cinis abrotani, radix hellebori, semen staphysagriae, simus columbinus, tha- psia, euphorbium, quae individuis aegri rationibus accomo- danda sunt. Ad remedia composita a Galeno laudata per- tinent:

1. Rp. Pulv. fol. arundinis graec. ust.
unc semis.
Erinacei usti
dr. unam.
Muscerdae
dr. duas.
Cum aceto trita illine.
2. Rp. Pulv. ciner. arund. ust.
Pilorum caprae ustorum
Adianthi
Adipis ursinae
Picis liquid.
Cedriae
aa partes aequales.
Remedium admirabile.
3. Rp. Pulv. Euphorbii
— Thapsiae
Olei laurini
aa dr. duas
Sulphur. vivi
Hellebori utriusque
aa dr. unam
adde Cerae
dr. sex.
Oleo laurino, vel pice liquida liqueatur et misceatur.
Remedium intra omnia fortissimum contra malum inveteratum.
In casibus mitioribus praescripsit:

Rp. Pulv. Sinap.

— Thapsiae

— semin. Nasturtii

— aa part. aeq.

Subtiliter pulverisatis adde

Olei laurini

Resinæ

aa qu. s. ut. f. ad ign. emplastrum.

Haec remedia in alopecia, calvitie et ophiasi laudavit; in simplici capillorum defluvio sequenti utebatur medendi ratione.

1. Si ex parca pili nutritione malum ortum duxit, remedia adhibuit plastica, roborantia, et topicalam arecae frictionem omnibus remediis praemittendam esse judicavit. „Frictio enim et alimentum ad caput attrahit, et cutem roborat ac deosat.“

2. Si corrupti humores culpam hujus mali gerebant, remedia purgantia, frictiones et topice discutientia adhibuit.

3. Si laxitas cutis defluvio pilorum ansam dederat remedium ex ladano, oleo lentiscino, myrtino compositum, aut solutionem ladani in vino in usum vocavit. Haec remedia ab illo: „cutem densantia“ nuncupantur.

Aetius qua adstringentia laudavit: Folia cupressi.

Piso commendat pilos ursi calcinatos, adianthum trichomenem, capillos veneris.

Paulus Aegineta alopeciam sequenti modo tractat:
Caput nitro abluitur, et panno ad rubedinem cutis fricatur,
dein solis radiis exponitur, et radix arundinis ustae oleo mix-
tae eidem illinitur.

Idem e commentariis Cleopatrae de comarum densi-
tate sequentes adducit formulas:

Rp. Nucis pineae nucleus recentem in cinerem usque
combustum, quem pilae inditum conterito, admisce
unguent. myrteum ad mellis consist.

Signa: Ad inunctionem.

vel: Rp. Gallas viginti.

Adianthi

unc. duas.

Inunuge aqua marina usque ad mellis densitudi-
nem. Deterge capillos lotio, lixivio, calceve,
quibus deinde dilutis et irrigatis calida aqua,
pilos hoc medicamine biduum perungito, tertio
die ablue, atque exsiccatum oleo myrteo perline.

Rhases similia remedia laudat; inter fortiora refert:

Rp. Canthar. recentes ablatis pedib. et capitib. Ex-
siccatae in umbra, terantur in oleo oliv. donec
ingrossetur.

S. Ad inunctionem.

Avicenna sequentem laudat formulam mirum in mo-

dum compositam:

Rp. Adipis tauri saliti

dr. 96

Alusne

Gummae rutaes agrestis

aa dr. 28

Myrrhae

dr. 8

Laudani tantundem

Capill. Ven.

dr. 18

Priapi asini

Splenis asini

aa dr. 96.

Assetur splen asini et priapus, et terantur, et aggregetur totum cum vino nigro et liniatur cum eo caput rasum, et dimittatur 5 diebus, dein iteretur, et si exulceraverit, curretur locus cum adipe anseris.

Celsus plagam decalvatam atramento, aut vitriolo ferri illinit.

Villanova sequens remedium tutissimum esse refert:

Rp. Stercoris muris

Cineris apum

aa quant. suff.

Terantur et pistentur c. ol. ros.

S. Zum Einreiben.

Hoc remedio in ipsa vola manus capillos procreari posse contendit.



Sennertus sequentia laudat remedia:

Rp. Pulv. capill. Veneris

— abrotani

— polytrich. aurci

aa M β

Fol. myrti

— ros.

— absynth.

aa part. duas.

Coquant. in ol. communi et vini rubri

s. q. ad vini consumtion. et exprimantur.

Ad provocandam barbam commendat:

Rp. Ol. anethini

— de spica

aa unc. quinque

Comar. abrot.

M. duos

Scillae

dr. tres

Vini optimi

unc tres

Bulliant ad consumpt. vini, et utere.





Theses defendendae.

I.

Falsa medicina a natura abducit, vera ad eam reducit.

II.

Partes elementares sanguinis jam in nutrimentis praeformatae existunt.

III.

Typhus exanthematicus a typho abdominali non nisi organo excretorio producti pathici differt.

IV.

Non profleuis remediis, sed proficia caremus eorum cognitione.

V.

Naturam non mutans, sed conservans medicus esto.

Hippocrates.

VI.

Omne remedium specificum.

VII.

Pathologia humoralis recentiori chemia pathologica ad culmen evicitur.

VIII.

Cranioscopia scientiae nomen perperam sibi adrogat.

IX.

Non dantur morbi haereditarii.

X.

Die Häufigkeit der Phlogosen steht im geraden Verhältnisse zur Erhebung des Bodens über die Meeresfläche.

Schönlein.



UB Med Uni Wien



+AM27415280X





www.books2ebooks.eu